

**Exercitationes**

*Hymenopterologicæ*

Ad illustranda m

Faunam Speciem,

quas

Venia Ampliss. Facultatis Philos. Acad. Lund.

Proponunt

**GUSTAV. DAHLBOM,**

*Historia Natur. Doc., Societ. Linn. Holm. Membr.*

et

**N. P. RINGSTRAND, sive**

Ostro-Gothi.

In Acad. Carolina die xxvii Octobris MDCCXXXII.

Part. IV.

---

Londini Gothorum,  
Typis BERLINGIANIS.

MDCCXXXII.



*Tiphia abdominalis* Panz. Fn. Ins. Germ. 53. tabi. 5. certe ♂ figura adprobanda, at directio nervorum in alis non vere delineata, nullum enim vestigium appendicis in area costali ultima delegitur; abdominis segmenta basalia pinxit auctor subcoccinea etsi ferruginea esse debuissent.

*Dimorpha abdominalis* Panz. Krit. Revis. 11 Bändchen pag. 127 — &c. . . —

Hab. passim ravior, in Ostro Gothia (ad Lärketorp 26 Julii, ipse) - Westro Gothia, D. D. Gyllenhal, Schönherr & König; - Oelandia, D. Zetterstedt, - Scania ad Gyllebo, D. Fallén.

D. I. v. *Mas.* & *Fem.* In suo genere maxima. Feminæ majori individuo *Pompili viatici* longitudine æqualis. Griseo-tomentosa. Caput, thorax vage punctata et pedes, tota nigra. Palpi fusci; labialium articulus 2:us ceteris articulis latior, obtigonous, ad angulum apicis externum dilatatus vel productus. Clypeus pro ratione corporis brevissimus, medio convexulus, utrinque depresso, apice elevatus. Antennarum articuli basales pilis rigidis nigris adpressis. Facies et frons crebre punctata, hæc medio canaliculata. Vertex, latera capitia pone oculos, prothorax, scutellum et postscutellum nitida, punctis per paucis adspersa. Tegula fusca. Alæ hyalinae, maris medio subfuscatae, feminæ apice distincte infuscatae l. nigrantes; areolæ exterior subquadrata, nervulo connectente externo extrorum flexo; areolæ interior subpentagona. Postfrænum dorso cancellatum, postice truncatum et fovea subcordata impressum. Femora incrassata; tibiæ triplici serie spinosæ; tarsi brunnescentes, spinosi. Abdomen nitidum, subtilissime coriaceum, basi oblique truncatum et impressum ad petiolum; segmentis 1:mo et 2:do totis, 3:to vel toto vel basi usque ad impressionem undatam ferrugineis l. rufis, reliquis segmentis unacum segmenti 1:mi macula basali violaceo-nigris l. nigro-violacies.

Not. Segmenta abdominis in hac specie impressiōnibus undatis transversis ita notata, ut, quod in descriptione generis jam allatum, primo obtutu duplia videantur.

2. *L. pinguis*: nigra, nitida, glabriuscula, alis hyalinis, areolae exteriori l. oblongo-subquadrata l. subtriangulari, abdomine basi ferrugineo ♀.

*Heb.* rariſſ. mense Julio, in Oelandia ad Gärds-löſa, Scania ad Esperöd et Kjeflinge; WestroGothia.

*f. w. d. f.*  
26 feb. 1831. D. I. v. *Femina*. In suo genere minima. Præcedenti affinis, at triplo minor et vere distincta. Ni-  
gra, nitida, subglabra, pube fusca brevissima vase  
et parce adspersa. Caput, thorax et postscutellum  
sublaevia, punctulis paucis impressa. Palpi fuscii Man-  
dibulæ rufopiceæ, apice nigricantes, pilis rigidis fuscis  
ciliatæ. Labrum exsertum oblongo-quadratum, cilia-  
tum, mandibulæ concolor. Clypeus brevissimus, ei-  
hatus, ut in præcedente constructus. Antennarum  
articuli basales pilis paucis rigidis fuscis adpressis.  
Frons et facies medio subtiliter canaliculata. Te-  
gula fusco-brunnea, apice subtestacea. Alæ hyalino-  
areæ costalis ultimæ appendice in rudimento; areolæ et  
exterior et interior ut in specie præcedente formatæ.  
Postfrenum dorso subtiliter coriaceum nec ut in  
*L. gibba* cancellatum, postice (supra petiolum) subla-  
ve nitidum rotundato-truncatum et loveola triangu-  
lari impressum. Femora compressa, paullo incrassa-  
ta; tibiae et terci ut in præcedente, sed parcius spi-  
nulosa. Abdomen subtilissime et vix conspicue co-  
riaceum, nitidissimum quasi vernice vel liquore pin-  
guì obductum; hinc nomen specificum "pinguis" quo-  
cum haec species in museo Dom. Professoris Zetter-  
stedt designata exstat. Segmenta abdominis: 1:imum  
(excepta macula basali nigra) et 2:imum, tota, 3:imum  
que late lateribus, ferruginea l. rufa, reliqua viola-  
ceo-nigra. Impressiones segmentorum omnino eadem  
ac in præcedente.

*Antennæ subgeniculatae, medio parum in-*  
*crassatae, articulis subcontiguis. Abdomen*  
*oblongo-ovalum, basi coarctatum, fere ut in*  
*Pompilis. Area costalis ultima oblongo-ova-*  
*ta, non appendicea.*

3. *L. tumida*: nigra, nitida, sericeo-subpu-

bescens orbita oculorum interna, lateribus

clypei, thoracis abdominisque maculis, flave-

scente albis; hoc basi pedibusque ferrugi-

neis, tarsis suscescentibus; alis hyalinis, are-

olæ exteriori subquadrata ♀.

*var. a. ♀. Antennarum scapo subtus flavescente al-*  
*bo, articulis reliquis totis nigris.*

*var. b. ♀. Antennarum scapo articulisque, 9:mo api-*  
*ce, 10:mo, 11:mo et 12:mo totis, subtus flavescente*  
*albis.*

*Pompilus tumidus* Panz. Fu. 81. tab. 15: "niger  
abdomine rufo apice nigro, lunulis duabus pone medi-  
um, macula anali flavis. — — — — Abdomen sub-  
pedicellatum, elongatum nitidum, segmentis tumidis." &c.

*Hab. in Ostro-Gothia et Scania rarius.*

D. L. a. *Femina*. Longitudine *Pompili viatici*.  
Nigra nitida, pube brevissima sericeo-micante adspersa. Caput et thorax subtilissime corincea, vase punctata. Palpi et mandibulæ rufopicea; haec apice nigricantes. Labrum paullo exsertum, semilanatum, flavum, pilis albidis ciliatum. Clypeus brevis, subplanus, medio serie punctorum transverse impressus lateribus flavescente albus, apice subcastaneus. Orbita oculorum interna ad faciem flavescente alba. Frons, facies canaliculata. Antennæ nigrae, radicula brunne-  
scente, scapo subtus flavescente albo; præterea in va-  
rietate b articulis nono apice et reliquis ultimis toto  
latere inferiore flavescente albis. Vertex ad oculos  
utrinque macula subcastanea. Prothorax lateribus  
utrinque lineola arcuata impressus. Tegula brunneo-

testacea. Aliae hyalinæ l. subhyalinæ; areolæ exterior major sub-quadrata l. potius rhombiformis, interior trapeziformis. Scutellum macula transversa, ovata flavopictum; serie punctorum, intra suturam qua se jungitur a mesothoracis lobo antico, profunde impressum. Postfrænum medio profunde canaliculatum, canaliculo apicem versus in lineam elevatam terminato; basi longitudinaliter profunde striatum, circa striae triangulo e lineis elevatis punctisque extra lineas profunde impressis inscriptum; postice de-clive l. oblique rotundato-truncatum, supra petiolum foveolis lineolisque elevatis notatum. Pedes rufocastanei, coxis trochanteribusque nigris. Femorum anticum basis, intermediorum linea longitudinalis et posticorum basis geniculique, nigra; tibiae postice apice concolores. Tarsi anteriores fusci, postici nigri. Abdomen nitidum, vix conspicue sericeo-pubescent, parce punctatum, subtilissime coriaceum; segmentis paulo convexioribus quam in conspeciebus, minime vero, ut Panzer scripsit, tumidis; segmento 1:mo præter maculam baseos nigram toto rufo-castaneo, 2:do concolor et apice utrinque macula introrsum emarginata s. lunula flavescente alba picto, reliquis totis nigris, excepta macula segmenti 5:ti basali flavescente alba.

*Obs.* Nomen Panzeri "tumida" minus aptum videtur, cum segmenta abdominis non magis in hac specie quam in conspeciebus tumida obveniunt; attamen, ne nostro vitio Synonymia crescat, idem retinendum; etsi "scutellaris" (nam scutellum flavomaculatum), sub quo nomine hanc speciem in museo Gel. Professoris Zetterstedt asservatum lustravimus, forte magis placeret.

4. *L. lunata*: nigra, nitida, sericeo-subpubescens, orbita oculorum interna, lateribus clypei, scutelli abdominisque maculis, flavescente albis; aliis hyalinis, areolæ exteriori subquadrata; pedibus ferrugineis, tarsis fuscescentibus. ♀.

In Scania ad Esperöd detecta a D. Zetterstedt  
in cuius musco "L. lunata" denominata iovenit;  
in Wadstena-Löt Ostrogothiae et in campo Käflinge  
Scania non frequenter mense Julio a nobis capta.

D. I. v. *Femina*. Præcedenti maxime affinis ejusdemque longitudine. Nigra, nitida, pube brevissima sericeo-micante adspersa. Caput, thorax et postscutellum sublaevia l. subtilissime vix conspicuo coriacea et parce vase punctata. Palpi fusi. Mandibulae nigropiceæ, apice dilutiores. Labrum, clypeus, antenæ et orbita oculorum omnino ut in præcedente. Tegula nigrobrunnea, apice testacea. Alæ hyalinæ, variis coloribus micantes; areolæ exterior major subquadrata; angulo extimo vix iam longe quam in *L. tumida* producta; areolæ interior trapeziformis. Postfrænum ut in *L. tumida* constructum, striis et impressionibus tamen subtilioribus. Pedes rufo-caerulei, coxis trochanteribus-que nigris; femoribus basi nigritibus, tarsis fuscis. Abdomen nitidum, punctatum, rufum, subpubescens; totum nigrum, nec ut in præcedenti basi rufo-caeruleum; segmentis: 2:do utrinque macula s. lunula apicali et 5:to apice macula undata flavescente albis. — Utraque macula segmenti 2:di introrsum juxta segmenti marginem in lineam angustam producta, unde quasi unica tantum macula semilunata exstat; hinc nomen.

B. Mandibulae apice acuminatae integræ, externe prope basin profunde emarginatae, interne uniuersit bi-denticulatae; denticulo interiori majori. Ocelli parvi in triangulum elongatum dispositi. Area costalis ultima vel appendicea vel non appendicea. Femora antica subtus prope basin in maribus emarginata, in femoris integra. Abdomen subconicum basi truncatum.

\* *Areola gemina* — *Lyrops* Latr.  
5. *L. pectinipes*: nigra, nitida, sericeo-subpu-

~~H. fuscus L. - T. 17. - 17. - 17.~~  
H. fuscus L. - T. 17. - 17. - 17.  
~~gibba~~, ♀ sp. - gallinaria.

bescens, alis hyalinis, apice infuscatis, areolæ exteriori subrectangulari, abdomine hasi ferrugineo. ♂♀.

*Mas*: oculis pallide viridibus et v. convergentibus. *Femina*: oculis nigris, magis distantibus.

*Sphex pectinipes*: Linn. Syst. Nat. 2. 944. 17. Q. En. Sv. 1654. Q certe: "Descr. Minor. Corpus totum nigrum, late. Pedes antici extrosum tibiis valde ciliatis. Alæ fuscescentes absque puncta marginali. Abdominis tria segmenta priora ferruginea." *Wolff.* *Larva Pompiliformis* Panz. Fn. 89. t. 13. ♂.

Tamquam vera *Sphex pectinipes* Linnæi e collectione Academiae Scientiarum Holmiensis a D. Professore Dalman ad D. Profess. Zetterstedt missa; cum codem nomine Linnaeano in Museo D. Professoris Fallois etiam designata.

*Larva Pompiliformis* Panz. Fn. 89. t. 13. ♂.

Hab. in Ostro- & Westro-Gothia, Gotlandia, Smolandia, Scania, passim frequenter.

D. I. v. *Mas* & *Femina* in copula. Precedente paullo major, magnitudine tamen variat. Corpus oculo armato sericeo micans. Caput, collare, mesothorax et postscutellum subtiliter coriacea, crebre pannulata. Palpi fusci. Mandibulae ciliatae, nigropiceæ, medio versus apicem rufescentes, interne distinrete bidenticulatae. Clypeus subsemilunatus, vase et profunde punctatus, medio convexus, apice depresso. Facies utrinque depresso, tuberculo gemino supra scrobes distincto. Frous canaliculata. Tegula fusca, apice subtestacea. Alæ hyaliniæ, vasis coloribus micanter, apice infuscatae, area costali ultima appendicea; areolæ exterior subrectangularis, interior trapeziformis. Postfrænum coriaceum, postice foveola oblonga ad petiolum producta impressum. Pedes nigri; tarsis dilutionibus. Abdomen impressionibus ita ut in *L. gibba* et *pingui notatum*: segmentis 1:mo, præter maculam baseos nigram, et 2:do totis 3:ratioque a basi ultra medium, rufis, reliqua parte abdominalis nigra.

Not. Linnaei tempore, quo paucas species hujusce familie sibi cognitas habuerunt Entomologi, nomen "pectinipes" forte characteristicum fuit; sed hoc tempore, quo quadruplicem specierum numerum cognoscimus, sique in feminis fere omnibus earundem tarsos antieos spinis pectinatos observavimus, idem minus aptum obveniat necesse est. — Attamen, eidem legi, quam inviolatam Ccleberr. Zetterstedt in opere suo recentissimo "Fauna Insectorum Lapponica" servavit religiose addicti, "nomen primaria et præsertim Linnaeano non nisi caute et summa necessitate urgente esse mutando, ne Synonymia infinitum augeatur", nomen illud Linnaeanum iterum recepimus. — Panzeri Nomen "pompiliformis" huic speciei impositum, eo potius rejiciendum, quod sub eodem duas distinctas Larrae species descripsit Cl. Panzer scilicet in Fn. Germ. 86. tab. 13. et 106. tab. 17.

6. *L. unicolor*: tota nigra nitida, sericeo-pubescentia, alis subhyalinis, areolæ exteriori sub-rhomboideali, abdomine segmentis apice sericeo-micantibus. ♂♀.

"*Larra unicolor* Panz. Fn. 106. 16. "atra immaculata, abdominis segmentis lucidis." Pubescentia cinerea l. sericea, qua segmentorum margines et reliqua partes corporis ornantur, in individuo a Cl. Panzer descripto certe detrita fuit. Hoc eo magis credere ausi sumus, quod ipsi legitimus individua quibus omnes notas characteristicas, hic infra allatas, applicare potuimus, præter pubem cinereo-micantem quæ maxima ex parte detrita fuit.

"*Larra Pompiliformis* Panz. Fn. 106 t. 17. certe eadem esse videtur: "atra, cinereo-pubescentia, abdominis segmentis cinereo-fasciatis lucidis."

"*Lyrops unicolor*." ♂. D. Marklin in litteris ad D. Gyllenhal.

Hab. in Bahusia et Scania, varius. Individuum.

masculum Ad Uddewalla Babusin a Cl. Marklin detectum teste Nobil. Gyllenhal, qui propter suam erga Entomologiae cultores solitam benevolentiam et favorem, idem nobis communicavit. — In Scania ad Lomma 26 Junii et ad Kjesslinge 16 Julii utrumque sexum ipsi legimus.

D. I. v. *Mas et Femina*. Summa affinitas praecedentis, sed corpore toto nigro distincta. Pube sericeo l. cinereo-micante vestita. Caput et thorax praecedentis. Palpi fuscæ. Mandibulae non ciliatæ, piceæ, medio versus apicem rufescentes, interne obsolete undiculatæ. Clypeus ut in praecedente, sed subtiliter coriaceus parciusque apice punctatus. Frons vix canaliculata, gibba. Tegula maris subtestacea, semine nigrobrunnea. Alæ hyalinae, micantes; areæ costalis ultimæ appendice in rudimento; areolæ exteriori subrhomboidali, interiori subtrapeziformi. Tarsi basi nigri, apice l. testacei, l. nigri annulis testaceis. Abdomen subconicum; totum nigrum; segmentis marginæ apicali pube cinerea i. sericea micantibus s. lucidis. — In ceteris praecedentis descriptio mutatis mutandis huic speciei accommodanda.

*Areola simplex et petiolata* (l. forte rectangulus, areola geminæ exterior omnino deficiens, interior petiolata). — *Miscopus Latreille* sp. *L. spuria*: tota nigra, nitida, sericeo-pubescentes, alis hyalini, area costali ultima ovata, non appendicea, tarsis nigris, abdome segmentis apice sericeo-micantibus. ♀.

Hab. mensibus Julio et Augusto, in Ostro-Gothia pluviis ex. e. ad Wadstena Löt, Medhamra Ång; &c. — Babusia ad Uddewalla varior; D. Marklin, teste D. Gyllenhal, a quo specimen unicum sub nomine "Miscopus unicolor" nobis transmissum. In Scania ad Kjesslinge minus frequenter obvia.

D. I. v. *Femina*. Magnitudo, structura et color

+ nigra  
fusca

21 Jul —  
22 Aug.

eadem ac speciei proxime præcedentis. Tota nigra, sericeo-pubescent. Alæ hyalinae varie micantes; area costalis ultima ovata, non appendicea. Tarsi nigri. Abdominis segmenta spicata, ut in *L. unicolor.*, pube cinerea s. sericea micantibus.

*Phalaenæ II.* Speculum sub medio areolæ ita insertum ut nervus connectens, qui a costali ultima ex eius areolam in duas dividit, fere æqualiter distet ab utroque insertionis puncto in speculo.

### Dolichurus.

Spinola Insect. Ligur. Latr. — Dictionn. Class. D'Hist. Nat. par Audouin &c. T. 5. p. 583. Pison Latr. Spinola.

Caput prothorace antice duplo latius. Antennæ sub lamina faciali producta insertæ. Alæ medium abdominis vix excedentes. Femora clavata. Abdomen conicum.

Corpus mediæ l. minoris magnitudinis, oblongum, pubescens. Caput suborbiculatum, prothorace antice duplo latius. Labium emarginatum. Palpi maxillares angusti, labiales crassiusculi. Mandibula apice bidentata: dente exteriori majori, acuminato. Clypeus mediocris, subtriangularis, medio in carinam longitudinalem elevatus, utrinque paullo depresso, apice truncatus. Facies medio instructa est lamina, qua, longitudinalis, brevis, marginata, apice truncata, e fronte oritur. Antennæ filiformes setaceæ extrorsum attenuatae, sub apice laminæ facialis ad clypeum inseritæ: articulis elongatis, scapo reliquis fere triplo crassiore, oblongo, supra deplanato, pedicello subgloboso. Oculi mediocrea, oblongo-ovati. Prothorax antice angustatus, depresso, capite duplo angustior; postice elevatus, subquadratus, utrinque uniuersituberculatus. Mesothoracis lobus anticus lineis quatuor acic. duabus longioribus et duabus brevioribus

impressus. Postfrænum rugosum, subcancellatum. Alæ subhyalinæ. Pedes parce et breviter spinulosi; femoribus clavatis. Abdomen subconicum, basi truncatum et impressum, 6-segmentatum: segmentis tumidis.

Hoc genus, — habitu et directione nervorum in aliis *Pompilis*, prothoracis, mandibularum abdominisque forma *Larris* affine, — in limite inter hæc genera non inepte collocatum credidimus.

1. *D. ater*: punctulatus, pubescens, nitidus, alis subhyalinis immaculatis: areolæ exteriori vel trapeziformi vel subquadrata; postfræno bispinoso, pedibus submuticis ♂♀.

*Mas*: paullo minor, clypeo albo-bimaculato, antennis gracilioribus.

*Femina*: paullo major, clypeo nigro, antennis crassioribus.

*Dolichurus ater* Maxim. *Spinola Ins. Ligur. Latr. Gen. Crust & Ins. IV. Add. & Castig.* pag. 387. — *Pison ater* *Spinol. Ins. Lig. fasc. 4. p. 254.* — *Latr. Gen. Crust. & Ins. IV. p. 58.* — *Pompilus clavipes* *Dahib. monogr. Pompilor. Svec. 10. 14.* \*)

\*) Hanc speciem in *Monographia Pompilorum Sveciæ* E. c. sub nomine *P. clavipes* descriptissimus, etiæ ob structuram quarundam alium a *Pompilis* reliquis alienam, jam tunc valde dubiosam existimavimus. Lectoribus quarentes "an proprii generis?" — Quam autem in Collectionibus Lundensibus jam "*Pompilus clavipes*" denominata esset, et in Libris Entomologicis, qui hec in Bibliothecis asservantur, nihil commemorati de hoc Insecto invenire possemus; nos quidem, tunc observationes publici juris prima vice facturi, novum genus ex unica specie condens non ausi sumus. — *Gyllenhalio* igitur Celeberrimo, qui deinde in litteris benevolè nabis indicavit, hoc insectum longe antea inter *Insecta Ligurica* a Comite *Spinola* descriptum et *Dolichurum atrum* denominatum esse, quam maximam habemus gratiam.

Hab. rarius: in Ostrogothia, Mus. D. Zetterstedt, in Westrogothia, D. D. Gyllenhal et Boheman, qui species utriusque sexus benigna nobis transmiserunt.

"On le trouve en Italie et dans quelques points de la France. Basochi l'a souvent rencontré dans le département du Calvados. Latrcille pense que la femelle dépose ses œufs dans les vieux bois." Audouin in Dictionn. Class. 1. c.

D. I. v. *Mas et Fem.*, *Pompilo pulchro* longitudine subæqualis. Corpus totum atrum nitidum. Caput et thorax in mare parcus quam in feminâ griseo- et fusco-pubescentia, pilis rigidis nigris hinc inde adpersa, profunde et subtiliter parce punctulata. Clypeus maris ad carinulam utrinque macula rotundata albo-pictus. Antennæ maris graciliores quam feminæ. Alæ subhyaliæ, variis coloribus micantes; areolæ maris exterior et interior trapeziformes, — feminæ exterior subquadrata, interior trapeziformis; areolæ interior in utroque sexu major quam exterior; nervuli connectente externus et internus flexi, at intermedium rectus, obveniunt. Postfrænum postice utrinque in spinulam parvam, obtusam productum. Pedes submutici; tibiæ spinulis tantum panicis et brevissimis instructæ, spinis tibiarum ordinaris subtestaceis, tarsis nigrobrunneis. Abdomen nitidissimum, quasi vernice obductum, punctulis paucis impressum, longius robustiusque in feminâ quam in mare. Stylus feminæ analis subexsertus.

---

Divisio II:da: Prothorax arcuatus, ad radicem alarum extensus. Speculum sub medio areolæ ita insertum ut nervus connectens, qui a costali ultima exiens areolam in duas dividit, fere æqualiter distet ab utroque insertionis punto in speculo. — Abdomen utriusque sexus petiolo brivissimo. — *Pompilii* Fallén.

## Pompilus

Latr. Fabr. Fall. &c.

*Caput prothorace vix l. parum latius. Alæ apicem abdominis plerumque non excedentes. Abdomen oblongo-ovatum, teres, basi subito coarctatum.*

*Corpus mediæ l. minoris magnitudines, oblongum, glabriuscum et pubescens. Caput prothorace paullo latius. Palpi plerumque penduli, maxillares labialibus duplo longiores. Lingua rarius extensa, saepius capiti adpressa. Mandibulæ apice bidentatae: dente exteriori l. acuminato l. obtusato, — Interiori brevi acuto, nonnumquam minuto et vix conspicuo. Labrum l. extensum, l. sub clypeo retractum. Clypeus brevis aut medioeris, convexus, basi linea transversa in foveola laterali utrinque desinente, a facie distinctus. Facies juxta antennas impressa medio sepiissime canaliculata. Antennæ ut in Sphegibus insertæ, filiformes, longitudine thoracis, articulo ultimo subconico. Oculi magni, ovati exserti. Vortex et frons convexiuscula. Prothorax capite parum angustior, duplo latior quam longior, antice plerumque declivis, linea transversa paullo pone marginem anticum ad latera desinente impressus; postice mesothoraci altitudine æqualis; medio plerumque canaliculatus, foveola intra angulum lateralem posticum gibbum impressa. Mesothorax et postscutellum subtiliter confertimque punctulata, ut in Sphegibus constructa; Postfrænum subtiliter coriaceum, medio sepiissime capiculatum, postice oblique subtruncatum. Alæ subhyalinae aut nigricantes, versus abdominis apicem, quam raro excedunt, extensæ. Pedes fere ut in Sphegibus. Abdomen oblongo-ovatum, teres, basi subito coarctatum, versus apicem sensim attenuatum, segmentis dorsalibus 6 in utroque sexu.*

*Motu agilis, celerrime currens, abrupte volans.*

*Pompilus ab hostibus persecutus, in cuniculum*